

Incipit prefatio in hieremiam prophetam.

**N**ec interpretatio hieronimi est. Si quid in ea noverit. secundum hebreos codices explorat. Alia est septuaginta interpretum ecclesiarum visitata. Quae quibus nonnulla aliter habeat. Quae in hebraeis codicibus inveniuntur. tamen utraque id est. secundum septuaginta et secundum hebraeam. applica auctoritate firmata est. non errore neque reprehensione superiori sed certo consilio septuaginta nonnulli aliter dixisse vel coeteruul se intelliguntur. Quod ideo praemonemus ne quisquam alteram ex altera velit emendare. Quod singulorum in suo genere veritas observanda est.

Incipit prologus in eundem.

**H**ieremias propheta cui hic prologus scribitur. sermone quidem apud hebreos ysaie et osee et quibusdam aliis prophetis videtur esse rusticior. sed sensibus par est. quippe qui eodem spiritu prophetauerit. Porro simplicitas eloquii de loco ei in quo natus est accidit. fuit enim anathothites qui est usque hodie viculus tribus ab hierosolymis distans milibus. sacerdos ex sacerdotibus: et in matris utero sanctificatus: virginitate sua evangelicum virum christi ecclesie dedicans. Die yaticinari exorsus est puer: et captivitate urbis atque iudee non solum spiritu sed et oculis carnis intuitus est. Jam decem tribus israel assyrii in medos transfulerat: iam terras earum coloni gentium possidebant. Unde in iuda tantum et in beniamin prophetauit: et civitatis suae ruinas quadruplici planxit alphabeto. quod nos mensurae metri versibus reddidimus. Praeterea ordine visionum quae apud grecos et latinos omnino confusus est ad pristina fide correximus. Librum autem baruch notarii eius. qui apud hebreos nec legitur. nec habetur praetermissimus: pro his omnibus maledicta ab emulis insolantes: quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior: quod vos me cogitis. Letterum ad compendium mali rectius fuerat modum furori eorum silentio meo ponere: quam quotidie novi aliquid scripturam invidiosum insaniam prouocare.

Item alius prologus in eundem.

**I**oachim filius iosie: cuius tercio decimo anno prophetauit orsus est hieremias: sub quo et olda mulier prophetauit. ipse est qui alio nomine appellatur eliachin

et regnavit super tribum iuda et hierusalem annis undecim. Cui successit in regnum filius ioachim cognomento ieconias qui tercio mense regni eius die decima captus a ducibus nabuchodonosor ductus est in babilonem et in loco eius constitutus est sedechias filius iosie patris eius: cuius anno undecimo hierusalem capta atque subversa est. Nemo igitur putet eundem in danielis principio ioachim qui in ezechielis exordio ioachaim scribitur. Iste extrema syllaba chim habet. ille chin. et ob hanc causam in evangelio secundum mattheum una videtur deesse generatio. quod secunda tesseredecas in ioachim desinit. filius iosie: et tercia incipit a ioachim filio ioachim. Quod ignorans porphirius caluniam instruit ecclesie. suam ostendens imperitiam: dum evangelistam mattheum arguere nititur falsitatis. Quodque traditum scribitur ioachim monstrat. non aduersariorum fortitudinis fuisse victoriam: sed domini voluntatis.

Incipit argumentum in eundem.

**H**ieremias anathothites. qui est viculus tribus ab hierosolymis distans milibus: apud tamnas in egipto a populo lapidibus obrutus occubuit. Jacet vero in eo loco sepultus. quo dudum pharao rex habitauerat. Et quoniam postulatione sua defugatis ab eodem loco serpentes. egiptios a tactu aspidum facit esse securos. magna cum ibi religione egiptii venerantur.

**O**rigenes. Deus ad bene faciendum promptus est. ad puniendum dissimulatur. Cum enim possit reos sine contestatione veteri iudicij punire: nusquam hoc facit. sed etiam si condemnauerit. praedicat ut liberentur per penitentiam: qui damnati fuerat per delictum. Quinque condemnati erant peccatores a deo. Adhuc enim tres dies et niniue erat subvertenda. Voluit enim deus cum silentio punire damnatos: sed datus eis locus penitentiae misit hieremiam prophetam: qui diceret. Adhuc tres dies. et niniue subvertetur: ne periret. sed quod condemnati erant. sed agentes penitentiam: impetrarent misericordiam. Sodomitae quoque et gomozrei. diuino iam erant exitio delicti: sicut sermo dei ad abraham ostendit: tamen quod suum erat fecerunt angelis. volentes eos saluare: qui se indignos salute iudicauerunt et dicentes ad loth. Est ne aliquis hic tibi generus aut filij aut filij. Neque ignorabant non esse eos secutos loth sed ostenderunt suam pitem et eius qui eos miserat benignitates et amorem. Simile quiddam in ieremia invenimus. Notandum est enim tempus prophetiae eius. quoniam prophetae cesserit vel finierit. Dicit ergo aliquis. Quid ad me tempus hystorie: quod ceterum prophetauit in diebus iosie filij amos regis iuda usque ad annum tercio decimum in regno eius. Deinde prophetauit in diebus ioachim filij iosie regis iuda usque ad consummationem undecimi anni sedechie filij iosie regis iuda. et per tres reges prophetia eius extensa est usque ad captivitate hierusalem in quarto mense. Condemnauerat enim deus hierusalem propter peccata sua. et haec erat extrema sententia sua: ut captivitate relinqueret. Sed cum hominum amator sit deus: nec quemquam velit perire: antequam depopulationis tempus instaret: misit et hunc prophetam qui inuitaret ad penitentiam. Misit eundem etiam sub secundo rege post

primū. Misit quoq; sub tercio. Jam captivitas iminebat. et adhuc ad salutem hortabatur deus tribuēs et an te unū diem locū penitentię. unde scriptū est. vsq; ad captivitatem iberusalē et vsq; ad quintū menses propheta esse hieremiam. Jam hostiū vincula strinxerāt manus. et nichilominus hęc dicebat deus. Ecce captivi facti estis. agite (licet sero) penitentiam. Rogate me. et parcam vobis. possum eruere de captivitate qui tradidi. Hęc etiā de nobis possumus intelligere. Si peccauerim? captivi futuri sumus. Tradi enim peccatorē sathangē nihil distat ab eo q; in dei traditi sunt nabuchodonosor. vt sicut illos deus pcessit aduersario propter frequentes impietates: sic nos propter peccata tradidit spiritali nabuchodonosoro. Vnde: quos tradidi sathangē vt discant nō blasphemare. **¶** Vnde quātum malū est peccare vt tradaris sathangē captiuantis animas eorū qui relinquantur a deo non sine causa scz nec sine iudicio: Cū enī miserit pluiam sup vineā: et ipsa pro vna attulerit spias quid faciet nisi vt mādēt nubibus ne pluāt super vineāz imbrem? Prope est ergo et captiuitas nra. si nō egerimus penitentiam. vt tradamur scz nabuchodonosoro et babilonijs quibus iam adiacentibus sermones prophetarū legis aploz. et ipi xpi hortantur nos ad penitentiam pronocāt ad salutē. Si audierimus: credimus ei q; dixit. et ego penitentiam agā de omnibus malis que locutus sum eis facere.

**C. I.**  
**U**erba hieremij filii belchij de sacerdotibus qui fuerunt in anathot in terra beniamin  
**¶** Quod factū est verbū domini ad eum in diebus iosij filij amon regis iuda in tercio decimo anno regni eius. Et factū est in diebus ioachim filij iosij regis iuda vsq; ad cōsumptionē vndecimi anni sedechij filij iosij regis iuda vsq; ad transmigratiōē iberusalē in mēse quo erat in principio apud deū: in quo loquitur propheta.

**¶** Hieronim? Ad eusebiū. Quia volumē est longissimū. et in plerisq; historia manifesta: in hieremia larā explanationē nō querat. sup bis maxime que iam in alijs prophetis sunt dicta. Vt nichil desit in sensib; cū multum desit in verbis: stamīna tibi atq; subtegmina et litia preparabo: tu ipse vestem pulcherrimā conficito.  
**¶** Ceteri ppbete. vt ysaias. osee. ioel. fuerūt añ captiuitatē duarū tribuū scz iude et beniamin. aliq post vt daniel aggeus. et zacharias. Hieremias vero et ezechiel imminētē captiuitate prophetauerūt. alter in terra iuda: alter i babilone. Hieremias pter prophetare cepit tercio decimo anno iosij regis iuda filij amon. ppbetavitq; sub eo decem et nonem annis. et sub ioachim filio eius annis vndecim. et sub sedechia. qui vltimus fuit regum iuda: annis xi. vsq; ad. v. mensem quo a babilonijs captiuata est iberusalē. Joachaz vero et iechonij trini mēses (quorū alter in egyptū. alter cū matre ductus est in babilonē) in supradictis annis cōputātur. Ac p hoc ab exordio pphetie vsq; ad captiuitatē iberusalē in qua et ipse captus est prophetauit annis lx. vno pter illud tempus quo in egyptū ductus est. ibiq; prophetauit in tamptis. sicut in hoc ipso volumine continetur. **C. I.**  
**¶** Verba Hierem. Ite. Verbū dei: q; verba hieremij verbū dñi est.  
**¶** Hiero. Post exordij vaticinatiōis hieremij. xxxv. prophetarū anno: ezechiel in babilone his qui cū eo captiuati fuerant: exorsus est ppbetare.  
**¶** In diebus iosij. Hiero. Mirabilis dei clementia. Jam captiuitate vicina. et babilonio exercitu vallate iberusalē: nichilominus populū ad penitentiam vocat. malens seruare pueros q; pdere delinquentes.  
**¶** Priusq; te. Non q; ante cōceptōnem fuerit: vt heretici suspiciant. Sed quia p̄cūit cū dñs futurū. cui faciēda iam facta sunt. qui vocat ea q; non sunt: tanq; ea que sunt.

**¶** Hiero. Priusq; te. Quidā hunc locū sup saluatores intelligant. qui proprie propheta gētium fuit. et per apostolos omnes nationes vocauit. Qui priusq; in vtero virginali formaretur anteq; de vulua exiret sanctificatus est in vtero. et notus patri qui semper in patre et in quo semper p̄.  
**¶** Anteq; de vulua. Hiero. Secundū illud pauli. Postq; cōplacuit ei qui me segregauit ex vtero matris meę et vocauit per gratiā suā: vt reuelaret filiū suū in me: vt enī angelizare eum in gentibus. Iohānes sanctificatus quocq; in vtero et spūm sanctū accipit: et in vulua mouetur. et p os matris loquit.

exires de vulua sanctificari te: et in vtero vsus est libero arbitrio.  
**¶** Pphetā in gētibus dedi te. Et dixi a. a. a. domie deus. Ecce nescio loqui: q; puer ego sum. Et dixit dñs ad me. Noli dicere quia puer sum quoniam ad omnia que mittam te: habebis me comitē quo cuncta compleas. ap̄ os tuis. et uniuersa quecūq; madauerit. et implebo illud. Ne timeas a facie hominum: loqueris. Ne timeas a facie hominum: loqueris. Et misit dñs manū suā et tetigit os meū. Et dixit dñs ad me. Ecce dedi uerba mea i ore tuo. Ecce constitui te hodie super gentes et super regna ut euellas et destruas et disperdas et dissipes.

**¶** A. a. a. do. de. de. Detestatur officij quod pro state non pōt sustinere. Eadem verēcundia qua moyses gradus et tenuis vocis se edicit. scz ille q; magne et robustę cratis corripuit: quali puero hūic venia datur. qui verecundia et pudore decoratur.  
**¶** Noli dicere. Hiero. Officiū predicationis aliq landabiliter appetit. ad quod aliq landabiliter coguntur. Nisi enī vtro se obtulit dicens. Ecce ego. mitte me. Hieremias hūiliter reluctatur dicens. A. a. a. domine deus. Ab vtriusq; exteriū dicitur. sa vox prodijt sed nō a diuerso fonte ducti onis. Duo enim sunt pcepta caritatis. de amor. et prior. Per actinam ergo vt am proximos pdesse cupiens ysaias officij p̄dicationis appetit. Per contemplatiuā Hieremias amon dei inbere desiderans: mitti ad predicanōem renuit. Sic ne tacite contemplationis lucra loquēdo perderet. Ille ne damna studiosi operis tacēdo sentiret. Sed notandū quā qui recusat: penitus nō resistit. et qui mitti voluit. ante se p altaris calcum purgatū vidit: ne aut nō purgatus adire quis sacra mysteria audeat aut quem deus elegit sub humilitatis specie supbe contradicat. Quia et quo difficile est purgatum recognoscere: p̄dicationis officij tantus decanatur. Non tamen p̄uaciter declinat debet. cum ad hoc suscipiendum su perna voluntas agnoscitur. Quod moyses vtriusq; mirabiliter expleuit. q; p̄cesse tante multitudini: et noluit et obediuit. Forte enim supbus esset. si ducatum intrepidus suscipere. vel autoris impio obedire recusaret. Vtrobiq; ergo subiectus. et p̄cesse populis sese metiendo noluit. et tamen de impantis viribus p̄sumendo: consentit.  
**¶** Et misit do. ma. zc. Notandum q; hic manus dei mittitur. que tangit os prophetę. et dicit. Ecce dedi uerba me in ore tuo. In ysaiā autem scriptum est. Et misit os eius de seraphim. et in manu habebat carbonem quem forcipe tulerat de altari. et tetigit os m. zc. Quia ysaias p̄fectę gratias erat. et immūda labia habebat. et in medio populi posita labia habentis habitabat. Mittitur vnus de seraphim qui nō manu. sed forcipe et carbone tangat os eius. iniquitates auferat. Sic autē ipius dei manus mittit. nō vt peccata auferat que multa p puericiam nō fecerat: sed vt loquēdi gratiam tribuat. Ezechiel vero libiū deuorat intus et foris scriptum scz tam sa cramēta diuina q; simplicē hystoriam cōtinentem. Hieremij os tangitur. et domini uerba tribuuntur: vt cōfidentiam accipiat p̄dicanādi.  
**¶** At euellas et de. Quattuor tristibus duoleta succedunt. neq; enī poterāt edificari bō nisi destructa cēt mala. nec plātari op̄ia. nisi eradicarentur pessima. Omnis enim plantatio quā non plātavit pater m. c. d.